



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi Opusculum Asceticum Posthumum

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1643

44. De Deo vt est salus nostra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46564)

tenturos: sine quibus nulla spes salutis superest. Denique dicitur Deus spes omnium finium terra & in mari longè, quia omnes nationes à Deo bona sua expectant, & ab illo petunt.

CONSIDERATIO XLIV.

De Deo ut est Salus nostra.

Salus nostra dicitur; 1. quia liberat nos ab æterna morte. Imo quantum in ipso est, liberat omnes homines, soluendo pretium abundantissimū, quod infinitis peccatoribus, & infinitis peccatis abolendis sufficiat.

2. Quia est causa donorum gratiæ, & omnium bonorum operum, quibus salutem æternam meremur: & tota huius mundi machina eò dirigitur, ut salutem æternam consequamur. Omnia enim propter electos.

M 5.

3. Quia

3. Quia est auctor & fons donorum gloriæ in quibus salus æterna formaliter consistit; nempe visionis & fruitionis Dei.

4. Quia ipse est obiectum salutis æternæ, vnde tota æternæ vitæ essentia, excellentia, suauitas, & duratio interminabilis dependet. Ipsū enim videre; amare, gustare, vita æterna est, & ipsius, & omnium Sanctorum.

CONSIDERATIO XLV.

De Deo ut est pax nostra.

Dicitur *Pax nostra* 1. tanquā auctor omnis pacis & quietis animorum; cū ipse sit auctor omnis boni, quod homines concupiscunt & quo obtento, conquiescunt.

2. Peculiariter Christus dicitur *Pax nostra*, quia est auctor magnæ illius reconciliationis cum Deo, & diuina